

EPISTOLA DEDICATORIA.

hi præfixum habens scopum, quàm vt Spartam meam ornarem, & ijs, qui verè sunt homines, hoc est, ab humanitatis studijs non alieni, inferuim, adeoq; gratificarer. Quos nequaquam in cassum fufos perijisse labores (vt cum Poëta loquar) cum re ipsa deprehenderim, posthac etiam iisdem non tam insudare, quàm & me & alios recreare animum induxi. Itaque & hac vice Sacras aliquot Cantiones, quas principaliter in ipsius DEI Optimi Maximi honorem composui, omnibus ijs, qui Musarum fauent honori, & à nostris studijs non abhorrent, communico. Eas autem tuæ potissimum humanitati, SIGISMUNDE Ornatissime, dedicare, & sub clarissimi tui nominis patrocínio in vulgus ædere visum est. Nam cum ab eo tempore, quo primùm in ampliss. vestræ Reipub. gremium me commisi, tuam modis plurimis singularem erga me expertus sim beneficentiam: me nihil vel tua virtute, vel boni viri officio alienum futurum putavi, si publico semperq; victuro monumento animi mei erga te gratitudinem testarer. Planeq; mihi persuadeo, hoc quicquid est muneris & officij minimè tibi ingratum fore.

Cum enim hætenus vnicè in id incubueris, vt de Repub. literaria benè mereris, eamq; tua opera & industria, quoad eius fieri potest, proueheres: Vicissim tibi haud dubiè accepta erunt bonorum virorum studia, quibus suæ erga te gratitudinis ad posteros etiam laudatissima transmittunt testimonia.

Quapropter ea, quam tibi insitam esse hucusq; cognoui, humanitate hæc Compositiones Musicas tibi & honoris & debitæ gratitudinis ergò dicatas suscipe, & quo cœpisti studio de vniuerso Musarum cœtu bene mereri perge. Id tibi tuisq; in nunquam interituram cedit gloriam. Vale, measque Musas tuo dignare patrocínio, Francofurti Calendis Aprilis, Anno CIO. IO. LXXVI.

*Jacobus Meilandus,*

INDEX

